Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Parnassvs Poeticvs Mœsto-Lætatus

Höfflich, Hieronymus

Altdorphii, 1623

VD17 VD17 15:745589E

Ad lectorem

urn:nbn:de:bsz:31-138658

Visual Library

Kein Prophet gilt in ſeinem Vatterlandt.

INvidioſa tuo nunquam gaudebit honore
Patria, dum Patriæ nemo Propheta placet.

Ad Lectorem.

VErum eſſe vulgatiſſimum illud, *quod in aliorum res lynces, in proprias talpæ ſimus* teſtatur non modo vetuſtiſſimus Comicorum Pater in Heauton:

Dii veſtram fidem! Itan' comparatam eſſe hominum naturam omnium,
Aliena melius ut videant, & Iudicent quàm ſua.

Sed & ipſemet teſtis proh dolor producor. Quis enim dies die pellitur, quo non criticorum (uti haberi volunt) imò Scopticorum ridiculum illud *miror* ſcilicet *Poëtam Höfflichium* ad aures meas advolet? Sanè fateor & confiteor me

titulo

titulo iſto honoratiſſimo vix ac ne vix dignum; ne autem omninò nullus ex fontibus Aoniis hauſiſſe & *Vir Magnif. Dn. Chriſt. Höfflichius Com. Pal.*&c. aſino corollam impoſuiſſe videamur, non potui, quin cum Scoptizantibus meis per hos tenuiſſimos luſus in arenam deſcenderem illisq; pugnandi vel potius Scoptizandi uberiorem materiam præberem. Tu amiciſſime Lector huic faſciculo ignoſce, & ſi forſan erratum putes, non ſtatim vitioſum exclama, cùm *quædam ex propoſito ſcripſerim*: quamvis inficias haud ibo, quod multa maculoſa in iis inveniantur, omnibus enim errare poſſibile, ſecundum illud Catulli.

Nimirum omnes falluntur, neq; eſt quisquam
Quem non in aliqua re videre Suffenum
Poſſis, ſuus cuiq; adtributus eſt error.
Sed non videmus manticæ quod intergo eſt.

Ignoſce igitur & Vale.

FINIS.